



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

CVII. Dieterich von Buz bekennt sein Haus zu Stendal nebst den Hebungen aus Garlipp, und Ländereien von Röre nur auf Lebenszeit zu besitzen, im Jahre 1326.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

resignasse et iurisdictioni sue dominio dominorum canonicorum Ecclesie Stendalensis perpetuo suppositis procurante domino Eblingo de büzt milite, publice profiteamur in hiis scriptis. Et ut hec prescripta resignacio per nos facta maneat inconuulsa, sigillum predicti Conradi de Ludritz presentibus est appensum, sub anno domini M°. CCC°. XXIII°.

CVI. Das Domstift bekundet die Aufnahme Heinrichs und Otto von Wokendorf in seine Brüderschaft, am 1. März 1326.

Nos Segherus, dei gracia prepositus, fredericus eiusdem miseracione diuina decanus totumque stendalensis ecclesie capitulum ad omnium noticiam in tenore presentis scripti cupimus peruenire lucide profitentes, quod henricus et otto fratres dicti de Wokendorp sacerdotes ob salutem animarum suarum suorumque progenitorum dederunt chorum filiginis cum dimidio, sitos in tangermundis et inter dominos presentes diuidendos singulis annis, vt ipsorum memoria secundum consuetudinem ecclesie nostre peragatur. Similiter apposuerunt vnum chorum filiginis et ordei ad capellam sancti Johannis ewangeliste, vt vna missa qualibet feria secunda a vicario dicte capelle pro defunctis et eorum memoria celebretur: nichilominus dictum chorum predictus dominus henricus ad tempora vite sue optinebit et post mortem ipsius ad dictam capellam remanebit: et prescriptum frumentum nostre ecclesie predictae cum omni proprietate et libertate libere donauerunt, ut patet in priuilegiis et litteris nostris, nobis a dictis fratribus erogatis. Ex hoc motu pietatis, quam sepedicti fratres ad nostram habent ecclesiam, ipsos ad fraternitatem et participacionem honorum operum, que diuina apud nos operabitur clemencia, recipimus, tam in vita quam in morte, quod presenti scripto protestamur nostro sigillo communito. Datum anno domini M°. CCC°. vicesimo sexto, sabbato ante dominicam letare.

CVII. Dieterich von Buz bekennet sein Haus zu Stendal nebst den Heubungen aus Garlipp, und Ländereien von Nöye nur auf Lebenszeit zu besitzen, im Jahre 1326.

Nos Thydericus de buz, thesaurarius ecclesie Stendalensis, tenore presencium recognoscimus profitentes quod XXXIII. pulli pachtales in villa garlip et ager circa villam Rochz sitatus, vlgariter ghudeke nuncupatus, atque curia nostra in Stendal, quos et quam a predicta quoad vixerimus nostra ecclesia tenemus, comparauimus et habemus, nobis de hac luce migrantibus ecclesiam ad eandem libere reuertentur. In cuius testimonium nostrum sigillum et euidentie plenioris cautelam sigillum Ebelingi de buz, militis, nostri fratris, presenti litere sunt appensa, Anno domini M°. CCC°. XXVI°.

CVIII. Das Capitel zu Stendal erwählt mehrere neue Domherrn, am 16. Juni 1327.

Nos fredericus de osteren decanus, Zacharias, Theodoricus de Luderis decanus sancte marie in halberstadt, Jo. de vincelberghe, Bertrammus de hyldefhim, Se-